fuerat his[j] diebus, dicat nos nichil fecisse ad ea, ut sic novissimus[44] error non sit peior priore." Collegerunt itaque[k] multitudinem gencium armatorum et dixerunt eis: „Ite et custodite, sicut scitis." Illi autem abeuntes inierunt[l] Iudeam[m] signantes vallas[n] cum custodibus[o]. /

M semel tria CCC bis LXI removete
Pascha luce reus periit tunc ense[p] Iudeus.
Punitur dire, contingit nos modo scire.
Paschali festo Iudeus vespere facto
Transfigitur, ceditur, crematur, fune ligatur.
Scelus blasphemie penam meruitque subire
Signum erat ire punitur quod vidimus dire.

j) hiis *PL*; *am Rand unleserliche Buchstabenfolge von anderer Hand* hly *PL* k) igitur *P* l) miniverunt *P* m) Iudei *PL* n) valvas *P* o) *folgt* Et sic est finis *M* p) ensse *PL*

44) *Matth. 27,64–66:* iube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium | ne forte veniant discipuli eius et furentur eum | et dicant plebi surrexit a mortuis | et erit novissimus error peior priore / ait illis Pilatus | habetis custodiam | ite custodite sicut scitis / illi autem abeuntes munierunt sepulchrum | signantes lapidem cum custodibus.